

Moscorum dux Tartarorum Principem muneribus inducit, ut bellum in
Regnum Poloniae perat.

Imperator Turcarum laesit, latrocinis Kos-
sacorum, qui proxima aestate aliquot naves
Turcicas cum mercibus ad Tauricam Cherso-
nesum diripuerunt Konorum civitatem Tur-
cicam, in ipso Chersoneso expilarunt; accedente
praeterea suspitione ex transactione cum
Domus Austriae sumpta, quasi Serenissi-
mus Rex Poloniae cum eadem Domus Aus-
triaca reconciliatione facta, contra Turcarum
Imperatorem societatem iniret, atque
bellum institueret, volens et Kosaccorum iniu-
rias ulcisci, et armis prevenire, quam preveniri.

Principem Tartarorum cum omnibus Tartaris contra Regem Poloniae ire iussit. Turcarum quoque Exercitum expedivit cum Beglerbego. Cum autem paulo ante Princeps Tartarorum, corruptus muneribus Principis Moscorum, a quo in eam rem quinquaginta millia aureorum Ungaricalem accepit, ut Regnum Poloniae bello infestaret, praedae avidus, summa celeritate, autumno praeterito, in Podolicam irruptionem fecisset, quod vires suas cum Turcicis non coniunxisset; Hoc facto consilium Turcicum turbavit: nam cum interim de occursum Cancellarii Regni Poloniae, et exercituum generalis Ducis, qui summa celeritate aliquem militem Polo-

niae sub absentiam Sereniss. Poloniae Re-
gis, qui tum cum Sereniss. Rege Sueciae Re-
galiae convenerat, collegisset, cum eoque
Turcis obviam iret; Beglerbegus rescivisset,
una cum exercitu Turcico in Kalachia subsi-
stere, atque ad Danubium, Silistriam
versus, regredi necepe habuit, ubi hacten-
us hibernavit....

Descriptum, et recognitum ex Documentis relato in Lib. ms., cui
titulus = Narratio de Pol. an. 1588. = tom. 7. pag. 191., qui ad-
servatur in Tabulariis Secretis. Vaticanis. In quorum fide
Dabam & Idibus Junii MDCCCXXXVII.



M. Marini
Tabular. S. R. E. Prefectus

